


ANTIDOTA APOSTOLICA



+++IIII



Ex libro Martini Lubonchi

[Faint handwritten mark]





Antidota
APOSTOLICA
contra nostri tempo-
ris hæreses.

In quibus

Seca illa explicantur, quæ hæ-
resis hodie (maximè Calvini &
Beza) vel ad sua placita stabi-
lienda, vel ad Catholicæ Ecclæ-
siae dogmata infirmanda, catholice
et impie depravantur.

In Acta Apostolorum to primus

AVTHORE

THOMA STAPLETONO ANGLO
S. Theolog. Doctore et S.
Scripturarum in Academia
Louaniensi professore Regio.



ANTVERPIÆ
Apud Ioannem Keerbergium
Anno M. D. XCV.

Antoni. Willems Juss.

Inscriptus Catalogo Librorum Bonæ Probæ huius
Sæculi. T. f.



13879

1/1

1916 a 1980



SANCTISSIMO
AC BEATISSIMO IN

CHRISTO PATRI, ROMA-
*næ & Catholice Ecclesie Pontifici Opti-
mo Maximo, Clementi VII. ad humil-
lima pedum oscula.*



ISI ea esset diui-
næ sapientiæ alti-
tudo (Beatissime
Pater) vt ex ipsis
malis bona facere,
& impiorum consilia in suam
gloriam suorumque salutem
conuertere sciret, humano ge-
nere, in tanta iniquitatis abun-
dantia, nihil infelicius, nihil

*

3

cala-

EPISTOLA DEDICATORIA

calamitosius foret. Illa enim
 iusta & perpetua piorum que-
 rela esse posse videretur, *Ergo*
Psal. 72. *sine causa iustificavi cor meum, & la-*
ui inter innocentes manus meas, &
 quæ in Propheta sequuntur.
 Sed quum in hoc sapientiam
 suam Deus maximè illustret,
 non quòd nulla mala permit-
 tat, sed quòd ex ipsis malis
 plurima & maxima bona fa-
 ciat; nec quòd impiorum co-
 natus impediat, sed quòd ad
 sua altissima exequenda con-
 silia illos conuertat; suauissi-
 ma hac dispositione factū est,
 vt in medijs quasi malorū flu-
 ctibus perpetuò agitati electi,
 perpetua quadam tamen fere-
 nitate,

nitate, pace, ac consolatione
 perfruantur; atque ex horridis
 istis alienæ improbitatis spinis
 ac labruscis suaues atque vbe-
 res fructus percipiant. Quum
 enim Deum suam in illis glo-
 riosam iustitiam exercere ad-
 uertūt, *ut in operibus manuum sua* Psal. 9. &
rum comprehendatur peccator, & in ^{7.}
verticem ipsius iniquitas eius descen-
dat; Dei sapientiam laudant,
qui perdit sapientiam sapientum, & 1. Cor. 1.
prudentiam prudentum reprobat.

Quum autem in illa maxima
 impiorum frequentia cautiùs
 ac vigilatiùs pij ambulant, sic-
 uti acerba grassante peste va-
 letudinem diligentius curant;
 qui vitæ consilium cupiunt;

* 4

ex alio-

EPISTOLA DEDICATORIA

Rom. 8. ex aliorū vulneribus sibi me-
 delam adferunt, fitque vt dili-
 gentibus Deum omnia cooperentur in
 bonum. Istud porrò quū in omni
 malorū genere locum habeat,
 tū verò vt in hæresi, malorum
 pænè maximo, præcipuè obti-
 neret, diuina sapientia effecit.
 Magnas sanè strages & clades
 Ecclesiæ Dei hæreses adferre
 videtur; & quæ hodie latissimè
 grauantur, maximas attulisse
 videri possunt. Sed si rectè ad-
 uertimus, vix ab aliquot secu-
 lis maior Dei gloria, aut ipsius
 Ecclesiæ utilitas, quā nostris tē-
 poribus eluxit. Dei sanè gloriā
 magis hodie elucescentē, mul-
 tarū Gentiū post exortas hære-
 ses ad

ses
 mu
 fid
 ret
 ter
 cos
 cor
 her
 auc
 cul
 loc
 her
 cle
 pro
 man
 De
 glo
 pelle
 rum

ses ad Christi fidem cōuersio,
 multorū martyrū pro Christi
 fide (vbi eam persecūtur he-
 retici) effusus sanguis, ipsa in-
 ter medios dominātes hæreti-
 cos Catholicorū Christianorū
 constantia, aliorū quoque, qui
 hereticorū voces nō audierūt,
 aucta plurimū in Deū pietas,
 cultusque feruētior, manifestè
 loquuntur. Oportebat quippe
hereses esse, vt qui probati in Ec. i. Co. ii
 clesia Dei erant (*δοκιμοι*) verè
 probi & sinceri cultores Dei,
manifesti omnibus essent: vtique ad
 Dei gloriam, & vt Deus in illis
 glorificaretur. Oportebat *re* Act. 13.
pellentibus Euangelium tot vete-
 rum Christianorum populis,

EPISTOLA DEDICATORIA

Ioan. 10. *ad alias conuerti gentes, alias oues adduci, quæ nondum fuerât de ouili Christi, & fractis atque excisis aliquot ramis (propter incredulitatem) qui in oliuam inserti fuerant, alios de nouo inseri, donec plenitudo Gentium intraret. Oportebat denique, vt multis abeuntibus retrò, nec cû Christo ampliùs ambulanti- bus, quia durus illis sermo Christi videbatur, non in vno illo tantùm verbo de manducanda carne & bibèdo sanguine eius, sed & in alijs multis sanæ doctrinæ capitibus, cum B. Petro alijsq; Apostolis, cum Sede B. Petri, alijs- que Catholicæ Ecclesiæ Præ-
positis,*

positis, arctius Christo adhære-
 re; Christi fidem à maioribus
 acceptam studiosius comple-
 cti; & Christo in sua Ecclesia
 perpetuò præsentì, *omnibus sa-* ^{Matth.}
niè diebus, usque ad consummationem ^{28.}
seculi) alacriter dicere: *Domine,* ^{Ioan. 6.}
ad quem ibimus? verba vitæ æternæ
habes. Verba porrò *quæ dedit tibi* ^{Ioan. 17.}
Pater, dedisti Apostolis tuis, & suc-
cessoribus eorum; & ipsi accepe-
runt, nosq; per verbum eorum credidi-
mus in te, vt omnes vnum simus. Hęc
 hodie inter medios hæreticos
 fortissimorum Catholicorum
 vox, hic sensus est; his maxi-
 mè modis Dei gloria, vtcum-
 que tam multis, tã foedis tam
 latè grassantibus hæresibus,
 nobi-

EPISTOLA DEDICATORIA

nobiliùs ac splendidiùs eluxit.

Iam ad ipsos pios & constantes Ecclesiæ Catholicæ filios vberimus etiam ex hodiernis hæresibus fructus accessit. Omnia quippe Catholicæ fidei dogmata, propter oblatrantes hæreticos in iurgium ac rixã vocata, & acriùs defensa, & accuratiùs pertractata, & luculentiùs explicata, magnum sacrosanctæ Religionis nostræ decus, maiorem credentibus consolationem, maximum infirmis in fide robur attulerunt. De suorum temporum hæresibus B. Augustinus in hæreticorum pugnis exercitatissimus ita scribit: *Nun-*

Enar. in
Psal 54.

quid

AD CLEMENTEM PP. VIII.

quid perfectè de Trinitate tractatum
est, antequam oblatrarent Ariani?
Nunquid perfectè de Pœnitentia tra-
ctatum est, antequam obsisterent No-
vatiani? Nunquid perfectè de baptis-
mate tractatum est, antequam contra-
dicerent foris positi rebaptizatores?
Idem de quamplurimis hodie
fidei dogmatibus, de tota Sa-
cramentorum doctrina, de to-
ta Iustificationis ac salutis hu-
manæ ratione, de tota Eccle-
siæ Dei potestate, autoritate,
natura verissimè dici potest,
perfectè de illis tractatū non
fuisse, donec tot hodie sectæ
ac sectarij ea dogmata in con-
trouersia ponerēt, donec obsi-
sterēt Lutherani, donec obla-
tra-

EPISTOLA DEDICATORIA

trarent Calviniste, donec contradicerent etiam nunc foris positi rebaptizatores. *Multa quippe ad Catholicam fidem pertinentia* (ait idem sapientissimus Doctor Augustinus) *dum hereticorum callida inquietudine exagitantur; ut aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & instatius predicantur; & ab aduersario mota questio; discendi existit occasio. Hic est ex parte multiplex ille & vberri- mus fructus, qui ex ipsis heresibus ad veros Ecclesie filios redundat. Ad hunc fructum capessendum hortatur diligenter idem clarissimus Doctor.* *Vtatur, inquit, hoc diuinae prouidentie*

De Ci-
uit. Dei
lib. 16. c.
2.

Lib. de
vera re-
lig. c. 8.

AD CLEMENTEM PP. VIII.

dentiae beneficio, utamur hereticis,
non ut eorum approbemus errores, sed
ut Catholicam disciplinam aduersus
eorum insidias afferentes, vigilantio-
res & cautiores simus, etiamsi eos ad
salutem reuocare non possumus. In
hoc enim profuit, quod ad verum queren-
dum carnales seu paruulos Catho-
licos, ad verum aperiendum spirituales
& exercitatos excitent. Cuius
ego consilium sequutus, ut par-
uulus adhuc verum studiosè
quærebã, ita exercitator post-
ea factus ad verum aperi-
endum excitatus fui.

Cæterum quum horum tem-
porum sectarij, non ipsa tantum
orthodoxæ fidei dogmata lon-
gis tractatibus ac disputationi-
bus

EPISTOLA DEDICATORIA

bus pænè innumeris graui-
 sunt infectati, suas vt demen-
 tissimas hereses apud indoctos
 atq; instabiles probabiles red-
 derent, sed & ipsas quoque
 diuinissimas Scripturas inte-
 gris & numerosis commenta-
 rijs foedissimè contaminarint,
 vt ex ipso Dei verbo (quo solo
 gloriari, suaque omnia firma-
 re videri volunt) profanas &
 impias opiniones suas stabili-
 rent, (quo hæreticæ corrupte-
 læ genere nec Augustini nec
 vlla alia hæctenus ætate sic in-
 festatam Ecclesiam fuisse, vl-
 lis maiorum monumentis ap-
 paret) ad istam fallaciam atque
 imposturam omnium maxi-
 mam

AD CLEMENTEM PP. VIII.

nam maximeq. noxiam aperiendam, ei que pro modulo meo occurrendum, animum iam dudum applicui. Nam & de hoc genere S. Augustinum ita scripsisse memini: *Hereticorum* ^{Epist.} ¹⁰⁷ *inquietudine, vt Scripturas vigilantius perscrutemur, vnde, ne oculi Christi noceant, illis possit occurri, tanquam de somno ignaui.e nostra excitatur industria. Ita per multiplicem gratiam Saluatoris, etiam quod inimicus in perniciem machinatur, Deus conuertit in adiutorium.*

Scripturas igitur diuinas, maxime totius noui Testamenti, ab hæreticorum hodie indignissimis corruptelis fedulo perpurgare dum contendo, (vt quod illi in perniciem

* *

ma-

EPISTOLA DEDICATORIA

machinati sunt, ego Dei beneficio in aliorum salutē conuertam, aduersus eorum venena salubria Antidota conficiens) & huius operis primis quidem lineis (Sacrosanctis quatuor Euangelijs) superiori anno euulgatis, Apostolica scripta ordine aggredior; huius partis prolixioris, quiq; fructus (ni fallor) multò vberiores adferet (certè difficultates multò plures & grauiores habet) primos Tomos duos, veluti gemellū foetū, ad Apostolicæ Sedis tuæ (Beatiss. Pater) pedes deponere, grauissimoq. ac supremo in terris iudicio tuo sistere volui. Argumēti ipsius
 indo-

indoles, tuęq̄. admirabilis pie-
 tatis celeberrima fama, istud
 à me quaecumque officium
 efflagitare videbantur. Acta
 Apostolica, quæ B. Petri præ-
 decessoris S. tuæ in ædificāda
 Christi Ecclesia primas ope-
 ras, primas & felicissimas stru-
 cturas, prima certamina; B.
 quoque Pauli, qui pariter cum
 B. Petro Põtificatus vestri vr-
 bem, suo illic fuso sanguine,
 suo relicto corpore, consecra-
 uit, primos similiter sudores,
 primas peregrinationes com-
 plectuntur; quæ vtriusque va-
 rias ac diuinissimas conciones
 commemorant; hoc in opere
 à varijs Nouatorum inquina-
 -obri
 ** 2 men-

EPISTOLA DEDICATORIA

mentis vindicata, Apostolicæ
 Sedi tuæ non ingrata fore exi-
 stimavi. Epistolâ verò Beatif-
 simi Pauli & nobilissimam &
 difficillimâ ad Rom. datam, in
 qua vna studiosissimè cōspur-
 cāda omnia hodie hæreticorū
 ingenia cærtatim laborauerūt,
 ab eorū spurcitijs & corrupte-
 lis studiosè ac diligenter assertâ
 atque expurgatam, S. tuæ Ro-
 manæ vrbis & orbis Pontifici
 summo veluti propriam di-
 care, pænè necessarium iudi-
 caui: certè æquum & consen-
 taneū esse nihil dubitavi. Est
 quidem omnibus Christianis
 Catholicis commune, non so-
 lum *epistolam ad Romanos in lectio-*

August.
 de vnit.
 Eccles.
 cap. 10.

ne &

ne & fide, sed etiam Ecclesiam Romanam in cōmunionē tenere; quum prius tantum horū (si tamē & illud) hodie teneant hæretici, quod de suis olim Donatistis notavit August. V. autem B. sic vtrūque hoc arctissimè tenet, vt non nisi in persona vestra vtrūque teneatur. Neque enim vel epist. ad Roman. veram lectionē ac fidē tenet, qui præter Catholicæ & matricis Ecclesiæ vestræ sensum ac iudicium eam intelligit; nec Ecclesiæ Romanæ communionem tenere potest, nisi qui cum S. V. communicat. Hanc igitur epistolæ ad Romanos, adeoq̄ Actorum omnium

EPISTOLA DEDICATORIA

Apostolicorum, quatenus ea
Lucas descripsit, ab hereticorum
hodie corruptelis repur-
gationem meam Sedi V. Apo-
stolicæ imprimis & ante om-
nia sibi oportere, ei que debe-
ri, arbitratus sum.

Accessit ingentis stimuli
loco Beatitud. V. non. solum
pro fide Catholica tuenda ac
propaganda zelus & ardor Petri
successore dignus, maximè
aduersus hæreticos ac politi-
cos magnates (qui sub pietatis
larua rem suam agunt, Eccle-
siæ hostes sunt) spiritus planè
postolicus, & Paulo dignus,
qui hominibus placere nesci-
uit; verum etiam in Gentem
nostram,

AD CLEMENTEM PP. VIII.

nostram, tot annis vnus ortho-
doxæ fidei causa afflictissi-
mam, paterna admodum &
feruens dilectio; quorum il-
lud omnes toto orbe Catholi-
cos, istud me magis inter cæ-
teros, in S. V. admirationem
& cultum rapuit. Nec diffiteri
aut dissimulare possum, ad hoc
officij & obseruantix genus
(si tamen obseruantia, nõ præ-
sumptio, istud est) ex eo quo-
que capite impulsus me esse,
quod & piæ ac celebris me-
morix Gul. Cardinalem Ala-
num, & Audoënum Ludoui-
cum Reuerendissimum Epi-
scopum Cassanensem, summa
pietate, prudentia, eruditione

quillo

4

præ-

EPISTOLA DEDICATORIA

præstantissimos viros, meos
quoque amicos coniunctissi-
mos, & veteres collegas Aca-
demicos, sic in precio habue-
rit, vt illum, dum viueret, in-
timè admodum ac tenerè di-
lexerit huius superstitis operâ
in Ecclesiasticis grauisimis
negotijs, proprieque Episco-
palibus, frequenter vtatur.
Sperabam quippe, & horum
quoque intuitu, hoc obser-
uantiaæ meæ quaecumque
testimonium Sanctitati tuæ
nec absurdum videri posse,
nec ingratum fore. Quod vt
in optimam partem accipere,
& pro sua clementia benignè
complecti, suaque benedi-
ctione

AD CLEMENTEM PP. VIII.
ctione labores hosce meos ac
me clementer impertiri di-
gnetur, ad Beatitud. V. pedes
supplex rogo. Louanij, Cal.
Septembr. 1595.


Beatitud. V.

humillimus orator

Thomas Stapletonus.







PRÆFATIO

ad Lectorem.



D epistolas Apostolicas (Christiane Lector) ab hæreticorum hodie corruptelis vindicandas, & ad Antidota nostra venenatis eorum depravationibus opponenda, post Evangelica iam in lucem data Antidota, prius descendere nolui, quam servato noni Instrumenti ordine, ipsorum quoque in Acta Apostolica commentarios, ut ab Augustino Marlorato in unum corpus collecti sunt, examinassent, & ad orthodoxa veritatis regulam exegissem. Quod eò alacrius feci, quò facilius ac brevius hoc veluti intervallum me superaturum confidebam; eoque aliquot hebdomadarum opere trajecto, ut epistolis Paulinis ordine explicandis (quæ prima nostra in hoc opere

PRAEFATIO

opere longo intentio fuit) deinceps absque
 ulla remora incumberem, futurū sperabam.
 Sed hoc vallum ingressus, vastius illud &
 spinosus expectatione mea inueni. Aduer-
 sariorum quoque in eo omnibus modis con-
 taminando, perturbando, ac deprauando,
 maiorem solito industriam, laborem, & con-
 tentionem deprehendi. Sanè vnus Calvinus
 (in cuius tandem integros commentarios
 incidi) in Acta Apostolorū & prolixius, &
 accuratius, & vehementius scripsit, quā
 in vllam aliam noui Testamenti partem: siue
 quia hunc librum à paucioribus hactenus in-
 terpretibus explicatum, siue quia negligenti-
 tius discussum, siue denique quia ad schis-
 matis dogmatumq; suorū causam probabilius
 & apparentius ornandam varia hic sibi ar-
 gumenta suppeditari cernebat. Hic quippe
 Actorum liber vt Christianæ Ecclesie exor-
 dia) & primos progressus narrat, ideoq; non
 doctrinam modo variam ex Petri ac Pauli
 diuinis concionibus facile hauriendam, sed
 & qua ad praxin Ecclesie Christiane tunc
 in herba ac nouella faciēbant, plurima an-
 notanda complectitur; ita in vtroque hoc
 genere latum Caluino campum disputandū
 præbuit.

Calvinus
 in Acta
 Apostol.
 solito pro-
 lixior.

AD LECTOREM.

præbuit. Qui sanè in neutro aut frigidus; aut indiligens, nihil planè prætermisit, quod vel ad aliquod fidei dogma hodie controuersum (aut in sua heresis fauorem aut in Catholica doctrina præiudicium faciens) vel ad aliquam Ecclesiæ praxin, politiam, ac cultum, (ad suæ quoque nouellæ sectæ patrocinium aut antiquæ Catholicæ Ecclesiæ detrimentum pertinens) quoquo modo trahi, torqueri, inuerti potuit. Neque verò materias occurrentes leuiter attingit, aut obiter quasi digito commonstrat, sed illis singulis diu immoratur, longas in permultis disputationes textit, planèq; prolixioribus suis in Institutione concertationibus hic ueluti in compendium redactis, earum quasi medullam ac summam lectori exhibet; ac per hoc uenena sua non guttatim instillat, sed plenis poculis seu uasis potius haurienda porrigit. Sic de Sacramentis in genere, de Dogmata fidei in hoc opere defensa. baptismo Christi & Ioannis, de Confirmatione, de Pœnitentia, de Confessione peccatorum, de Ordine sacro, de Diaconis, de Presbyteris, de Episcopis, de uocatione ad ministerium uerbi legitima, de fide, de charitate, quòd sola fides iustificet, sola Christum appre-

PRAEFATIO

apprehendat, sola gratiam recipiat, sola operibus pretium adferat, de electionis & gratiae certitudine, de praedestinatione, de legis ac mandatorum impossibili obseruatione, nulla obligatione, de honorum operum nullo merito, nulla mercede, nulla iustitia, de gratia eiusque varijs effectibus, de libero arbitrio, de Sacrificio Christianorum, de ceremonijs, de Imaginum ac Sanctorum cultu & inuocatione, de Reliquijs, de Ecclesiae antiquitate negligenda, authoritate proculcanda, legibus despuendis, de Concilijs, de Scripturarum vsa & tractatione, de Christi vita, morte, redemptione, de Dei potentia, voluntate, decreto, longas hic habes vnus Caluini disputationes, astutas, acutas, accuratas: ita sanè vt nihil omittat quod causam suam inuare, pleraque etiam repellere conetur quae contra ipsum facere posse videri queant. Porro Rom. Pontificem, clerum Catholicum, Monachos, atque ipsos aded in vniversum Christianos, maledicus iste Timon, & canis Rhetoricus, idque in Iudeorum ac Paganorum fauorem, saepe admodum acerbe & virulenter taxat, mordet, traducit, varijs & faedis criminationibus lacerat. His omnibus

AD LECTOREM.

nibus dum pro meo modulo occurrere con-
tendo; aduersus tot ac tanta venenata eius
spicula salutare herbas porrigere dum la-
boro; singulis eius toxicis singula antidota
adhibere, parig^o diligentia hostem tam in-
fensum repellere ac retundere dum desidero;
tameſi breuitatem in omnibus, quantam
licuit, affecto; opus ipsum expectatione ma-
ius creuit, & remoram mihi diuturniorem
iniecit. Caterum quatio vel hostis acrior
& accuratior, vel nostra refutatio prolixior
ac productior est; tanto erit tua (Lector)
instructio vberior, consolatio maior, varia
utilitas copiosior. Proſtetur alicubi Calui-
nus: Etsi à muneris mei functione (qua
Geneuensum Theologus Scripturas publice
explanauit) perquam exiguum mihi
tempus restat; id tamen, quantulum-
cumque est, institui ad hoc scriptionis
genus conferre. De commentarijs in Scri-
pturas edendis loquitur. Proſtetur ibidem,
Scripturae interpretes pro sua quem-
que facultate ad debellandum Anti-
christum arma suppeditare. Interpre-
tes designat sue farinae homines, nouos hu-
ius temporis sectarios. Antichristi nomine

Roma.

In Praefac.
com. in
episto Ca-
non. ad
Eduardū
6. Angliae
Regem.

P R A E F A T I O

Rom. Pontificem, & uniuersam Ecclesiam Catholicam ei adhaerentem, eiusq; unius Ecclesiae dogmata orthodoxa omnia complectitur. Postquam ergo iste Iudas ita non dormit sed cum suis affectis & satellitibus, cum facibus ac laternis, cum fustibus & gladijs, ad Christum capiendum inuigilat, satagit, laborat; astutia, impudentia, ingenio, facundia armatus, Catholicam Christi Ecclesiam oppugnat; nolui & ego dormire: tamen si à muneri mei functione (professione Theologica quotidiana) perquam exiguum mihi tempus restat, id tamen, quantumcumque est, institui ad hoc scriptiois genus conferre, ut quae vnus inprimis Calvinus ad Ecclesiam Catholicam debellandam, & ad diuinas Scripturas deprauandas, pertinaci studio elaborauit. (saltem quoad nouum Instrumentum) resellam omnia, variamq; & multiplicè acerrimi huius Archihæretici (quem acutum diaboli organum Lutherani merito vocant) modò astutiam & calliditatem, modò nequitiam & maledicentiam, modò ineptiam & stoliditatem, modò inconstantiam & leuitatem, in omnibus diuini verbi corruptelam toti mundo patefaciam. Et quidem

Aegidius Hunnius, Doctor VVitemberg in libello, Calvinus Iudaizans.

AD LECTOREM.

dem in hoc uno libro quantum iam hæc singula patefacta dederim, ipse Index libro adiectus Lectori notata loca percurrenti ad oculum commonstrabit. Scribit nefarius impostor: nullam certio rem vel magis dilucidam neque ab Euclide neque ab Archimede afferri demonstrationem posse, quòd Ecclesia Romana foetidum sit Belial scortum, Satanae lupanar, porcorum hara (his ille emblematis & aromatibus gaudet) quàm si Ecclesiae, qualis à Luca in Actis describitur, cum synagoga Papali fiat comparatio. Enimvero hoc in suis commentarijs demonstrare se posse, Principi illi Polonico, cui eos dicauit, persuadere voluit. In eum finem nihil intactum reliquit, vnde aliqua huius blasphemiae species effingi, color aut fucus aliquis induci posset: non ex subiecto textus sacri argumento, sed ex suo male sano cerebro, & corrupto stomacho, odio ac maledictione grauido, materiam captans. Atqui fauente Christo, & ipsa veritatis orthodoxa luce in singulis affulgente, nefarij impostoris technas omnes, artes & dolos patefecimus, paralogismos refutauimus, calumnias

In Prefat.
comen.
ad Acta
Apost.

depr-

PRAEFATIO

depulimus; & in Actis istis Apostolicis, quod vel doctrina vel politia Ecclesiae Catholicae Apostolica Romanae vel in minimo aduersetur, planè nihil esse, clarè docuimus; dogmata fidei, Sacramentorù doctrinam, cultum, ceremonias, quorum in hoc libro per occasionem mentio facta est (neque enim vniuersam fidei doctrinam, politiam Ecclesiasticam, cultum religionis Christianae, aut hic aut illus alius Scriptura liber commemorat, vel commemorandum suscepit) Catholica & orthodoxa doctrina, quam Romana hodie tenet ac tradit Ecclesia, per omnia conuenire docemus: nequicquam ex aduerso sat agente, fallente, criminante, paralogizante, disputante, mentiente Caluino, Bullingero, Brentio, Sarcerio, aut alio quouis sectario interprete, quem in suam Cathenam consarcinauit Marloratus. Quae etiam Beza obiter aspersit venena, diluimus. Quanquam ex vno Caluino tam multa congeffit Marloratus, & vnius Caluini in hunc librum tam prolixus & accuratus cõmentarius est, vt hunc vnum refutasse, ad veritatis orthodoxa in hac
 sacra

AD LECTOREM.

sacra historia tradita defensionem sufficere posse videatur.

Existimabit fortè quispiam, satius ac consultius fuisse, has hereticorum, & Calviniani maxime, tam fœdas diuini verbi corruptelas, tam noxia venena, tam infames aduersus Ecclesiam Dei criminationes oculis Catholicorum omnino non subiicere, utcumque porrectis ad manum Antidotis ac remedijs, ne ipsa fortasse magis arrideant quibusdam palatis toxica, quàm quæ mox opponuntur parùm fortasse firma remedia: quum enim ille ingenio, facundia, astutia, diligentia plurimum valeret, metum subesse posse, ne, utcumque oppugnâdi animus non defuerit, vires tamen & facultates defecerint. Ceterùm tot sunt huius tam audacis heretici in hoc vno opere stolidi paralogismi, tot pugnantes sententia, quibus seipsum refutat, tam crassa mendacia, utcumque verborum lenocinys ac pigmentis artificiosè colorata; tam mihi ex multa eius lectione & controuersiarum à multis annis tractatione comperta & explorata sunt huius hominis artes, technæ, ac in-

*** 2

posturæ,

P R A E F A T I O

postura, & (quod caput est) propria eius
 de dogmatibus cōtrouersis sententia, pro-
 pria fundamenta ac firmamenta, ut hunc
 metū quantūlibet infirmi Catholici ani-
 mo eximere, Christo bene iuuante, audeā.
 Imò nō dubito, plurimos ista lecturos, qui
 tam absurdū & procacē aduersarium ple-
 nius & acrius à me refutatum non fuisse
 mirabuntur. Verū ego ita singula refu-
 tare volui, ut breuitati (quantum licuit)
 studens, eo quod satis erat, contentus esse
 voluerim. Sed & ad Calvinistas ab hoc
 homine seductos (quorum manibus hī
 commentarij assidue teruntur) in viam
 reducendos, magna quoque ex parte hic
 labor noster infudauit. A quibus nihil
 quā equitatem postulo, nec quis quem
 refutet, sed qualis ipsa refutatio est, ut
 attendere velint, rogo. Neminem existi-
 mo ita salutis suae prodigum, qui tam pro-
 caci, tam mendaci, tam secum pugnantī,
 toties paralogizanti, tāto impostori, tan-
 to diuinarum Scripturarum deprauatori
 sciens ac prudens fidē adhibere, aut eius
 in rebus fidei iudicium sequi velit. Ut-
 cumque est, hunc nostrae atatis Porphy-
 rium

Caluini-
 farum fa-
 luri hoc
 opus labo-
 rat.

AD LECTOREM.

rium, aut Apollinariū potius atque Arium,
 eiusque sectam vniuersam, que omnia hu-
 ius dictata pro diuinis oraculis habet, cane-
 peius & angue Catholicus omnis Christia-
 nus execrabitur. Quod semel hoc loco dictū,
 ad reliqua nostra omnia, tam qua iam pro-
 dierunt Euangelica, quàm qua adhuc (Deo
 dante) subsequuntur Apostolica Antido-
 ta, dictum velim. Vale Christiane Lector, &
 nostris pro veritate Euangelica laboribus
 frueri : qui si aliquid aut consolationis aut
 fructus attulerint, pro omni mercede tuis
 apud Deum precibus (longa enim nobis re-
 stat via) nos interdum iuua.

Louanij, 21. Aprilis, 1595.



ADLECTORUM

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Johns in April, 1894

Faint, illegible text at the bottom of the page.

